

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Opus f
cum fonte primo

Probatio dilectionis exhibitio est operis.

Probatio ergo dilectionis exhibitio est operis.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*,
2, 30, 1 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.256,
ll.14-15).

Non sibi aliquid credit, quicquid sibi
animus sine testatione operis responderit.
De dilectione conditoris mens, lingua et
uita requiritur. Nunquam
est amor Dei ociosus. Operatur et enim
magna, si est; si uero operari renuit, amor
non est.

Gregorius in omelia.

Nec tamen sibi aliquis credit quidquid sibi
animus sine operis attestatione responderit.
De dilectione conditoris lingua, mens et
uita requiratur. Numquam
est Dei amor otiosus. Operatur etenim
magna, si est; si uero operari renuit, amor
non est.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*,
2, 30, 2 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.257,
ll.41-45).